

tur, concessum est eranum habere, possumus, quominus habeant, non impedire, eo facilius, si tali collatione non ad turbas et illicitos coetus, sed ad sustinendam tenuiorum inopiam utuntur. in ceteris civitatibus, quae nostro iure obstrictae sunt, res huius modi prohibenda est.

94. (95.)

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

- 1 Suetonium Tranquillum, probissimum, honestissimum, eruditissimum virum, et mores eius secutus et studia iam pridem, domine, in contubernium adsumpsi tantoque magis diligere coepi, quanto nunc propius insexi.
- 2 Huic ius trium liberorum necessarium faciunt duae causae: nam et iudicia amicorum promeretur et parum felix matrimonium expertus est impetrandumque a bonitate tua per nos habet, quod illi fortunae malignitas denegavit. scio, domine, quantum beneficium petam, sed peto a te, cuius in omnibus desideriis meis indulgentiam experior. potes autem colligere, quanto opere cupiam, quod non rogarem absens, si medicriter cuperem.

95. (96.)

TRAIANUS PLINIO

Quam parce haec beneficia tribuam, utique, mi Se- cunde carissime, haeret tibi, cum etiam in senatu adfirmare soleam non excessisse me numerum, quem apud amplissimum ordinem suffecturum mihi profes-

1 eranum] -nos *Cat.* quominus *Cat.* qui minus *rell.*
 2 habeas impedire *Cat.* 3 et a et ad *A Ber.* nec ad *Cat.*
 sed *om. a* 12 nunc von *Winterfeld* (*oppos. verbis iam pridem*) hunc *libri* (*eiecit Ke.*) 19 sed] quod a 20 indulgentiam] plenissimam indulgentiam a autem a enim *rell.* 28 professus sum i a *Cat.* professus *Ber.* professum A

sus sum; tuo tamen desiderio subscripsi et dedisse me ius trium liberorum Suetonio Tranquillo ea conditione, qua adsuevi, referri in commentarios meos iussi.

96. (97.)

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

Sollemne est mihi, domine, omnia, de quibus dubito, ad te referre. quis enim potest melius vel cunctationem meam regere vel ignorantiam instruere?

10 Cognitionibus de Christianis interfui numquam: ideo nescio, quid et quatenus aut puniri soleat aut quaeri. nec medicriter haesitavi, sitne aliquod discrimen aetatum, an quamlibet teneri nihil a robustioribus differant, detur paenitentiae venia, an ei, qui omnino Christianus fuit, desisse non prosit, nomen ipsum, si flagitiis careat, an flagitia cohaerentia nomini puniantur.

Interim in iis, qui ad me tamquam Christiani deferrebantur, hunc sum secutus modum. interrogavi ipsos, an essent Christiani. confitentes iterum ac tertio interrogavi supplicium minatus; perseverantes duci iussi. neque enim dubitabam, quaecumque esset, quod faterentur, pertinaciam certe et inflexibilem obstinationem debere puniri. fuerunt alii similis amentiae, quos, quia cives Romani erant, adnotavi in urbem remittendos. mox ipso tractatu, ut fieri solet, diffundente se crimine plures species inciderunt.

Propositus est libellus sine auctore multorum nomina continens. qui negabant esse se Christianos aut fuisse, cum praeceunte me deos appellarent et imagini

7 sqq. cf. Tertull. apol. 2 13 Hier. epist. 60, 19, 1

1 et <ut scias> dedisse *Cat.* 3 qual quae *Cat.* 8 dederit *Cat.* 9 instruere i a extruere A excutere *Ber.* (*haud male: cf. Cic. Tusc. 1, 111*) exuere *Cat.* 12 aetatum i 14 deturne a 15 si A etiam si a 17 in *Cat.*; (*cf. Sch. 1 34; vid. ad ep. 10, 56, 1*), *om. rell.* 22 pervicaciam a 28 negabant *Ke.* negant (-arent *Cat.*?) A a esse se A *Ber.* se esse *Cat. a*

7 tuae, quam propter hoc iusseram cum simulacris minimum adferri, ture ac vino supplicarent, praeterea maledicerent Christo, quorum nihil cogi posse dicuntur, qui sunt re vera Christiani, dimittendos esse putavi. alii ab indice nominati esse se Christianos dixerunt et mox negaverunt; fuisse quidem, sed desisse, quidam ante triennium, quidam ante plures annos, non nemo etiam ante viginti. *hi* quoque omnes et imaginem tuam deorumque simulacra venerati sunt et Christo maledixerunt.

7 Adfirmabant autem hanc fuisse summam vel culpae suae vel erroris, quod essent soliti stato die ante lucem convenire carmenque Christo quasi deo dicere secum invicem seque sacramento non in scelus aliquod obstringere, sed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depositum appellati abnegarent. quibus peractis morem sibi discedendi fuisse rursusque coeundi ad capiendum cibum, promiscuum tamen et innoxium; quod ipsum facere desisse post edictum meum, quo secundum mandata tua hetaerias esse vetueram. quo magis necessarium credidi ex duabus ancillis, quae ministrae dicebantur, quid esset veri, et per tormenta quaerere. nihil aliud inveni quam superstitionem pravam, immodicam. Ideo dilata cognitione ad consulendum te decurri.

3 (quorum — Christ.): Iustin. mart. apol. 2, 4, 43 A *ὡν οὐδὲν* *περὶ ἐπισημῶν Χριστιανῶν* (cf. *Steck* p. 554) 11 sqq. cf. Tertull. *l. l.* (§ 6) ... nihil aliud se (*i. e. Plinium*) de sacramentis eorum (*sc. Christianorum*) comperisse quam coetus antelucanos ad canendum Christo et deo et ad confoederandam disciplinam, homicidium, adulterium, fraudem, perfidiam et cetera scelera prohibentes. cf. Tertull. de cor. mil. 3. 15 sq. (ne furta eqs.): Epist. Petri 1, 4, 15; cf. *ibid.* 4, 14 et 3, 16 sq.

3 cogi posse a, cf. *Bra. 92* posse cogi *rell.* 4 esse om. a indice *ia Cat.* iudice *A Ber.* 6 quidem] -am *Cat.* desisse a -iisse *rell.* 8 *hi supplevit Ke.* 18 coeundi *ia, om. rell.* 19 desisse a -iisse *rell.* 23 sed nihil a 24 pravam et imm. a 25 ideoque a decurri *A Ber., recte; cf. Sch. 8* decurri *Cat. a*

visa est enim mihi res digna consultatione, maxime propter periclitantium numerum; multi enim omnis aetatis, omnis ordinis, utriusque sexus etiam, vocantur in periculum et vocabuntur. neque civitates tantum, sed vicos etiam atque agros superstitionis istius contagio pervagata est; quae videtur sisti et corrigi posse. certe satis constat prope iam desolata templa coepisse celebrari et sacra sollemnia diu intermissa repeti passimque venire victimarum *carnem*, cuius adhuc rarissimus emptor inveniebatur. ex quo facile est opinari, quae turba hominum emendari possit, si sit paenitentiae locus.

97. (98.)

TRAIANUS PLINIO

15 Actum, quem debuisti, mi Secunde, in excutiendis i causis eorum, qui Christiani ad te delati fuerant, secutus es. neque enim in universum aliquid, quod quasi certam formam habeat, constitui potest. conquirendi non sunt; si deferantur et arguantur, puniendi sunt, ita tamen, ut, qui negaverit se Christianum esse idque re ipsa manifestum fecerit, id est supplicando nostris, quamvis suspectus in praeteritum, veniam ex paenitentia impetret. sine auctore vero propositi libelli in nullo crimine locum habere debent. nam et pessimi 25 exempli nec nostri saeculi est.

19 cf. Tertull. *l. l.* (§ 6) Traianus rescripsit ... inquirendos quidem non esse, oblatos vero puniri oportere. 25 cf. ep. 10, 1, 2. *vid. quae W. Weber exposuit in 'Festgabe für Karl Mülller', Tubing. 1922, 24—45*

4 neque] neque enim a 9 passimque *ia Cat.* passum- que A pastumque *A Ber. Cat. 1ⁱ* victimarum <carnem> cuius *Körte, Herm. 1928, 484* victimarum cuius *A Ber. Cat. 1ⁱ* victimas quarum a *Cat.* 19 deferentur *A Ber.* 21 dis] diis *libri* 22 praeteritum fuerit ven. a 24 in *add. Gl., om. libri*